

Primus est, quando lata est pro actore, qui iam petijt in libello pro se ferri sententiam. Hoc casu præsumitur

Secundus est casus, quando sententia fuit lata pro reo, qui in suis exceptionibus petijt se pronuncia-

Tertius est casus, quando non constat dominum fuisse citatum, vel certioratum, sed tamen fuit præfens, & sententia fuit contra eum lata.

Quartus est casus, quando non constat dominum fuisse citatum, vel certioratum, sed tamen fuit præfens, & sententia fuit contra eum lata.

S V M M A R I V M.

- 1 Dominus citatus ad audiendam sententiam, si tempore sententiæ præfens sit, præsumitur ad illam audiendam comparuisse.
2 R. sponso subsecuta præsumitur facta secundum præcedentem interrogacionem.
3 Actus præsumitur factus in executionem mandati præcedentis.
4 Dominus quidem non citatus, præfens tamen tempore sententiæ, & a iudice certioratus, præsumitur ad audiendam sententiam præfens esse.
5 Idem si nec citatum constet nec certioratum, eo tamen tempore præfens sit. num. 5.
6 Præfens, & tacens præsumitur consentire in his, quæ sibi sunt vitia, secus in his, quæ ad sui detrimentum spectant. num. 8.
7 Dominus nec citatus nec certioratus, si tempore sententiæ præfens sit, lata contra eum sententia, non præsumitur ad eam audiendam citatus.
9 Notarius attestans dominum tempore sententiæ fuisse presentem, præsumptionem facit eum fuisse citatum. Idem si ex remota regione Dominus venerit. num. 10. Quod etiam in sententia antiqua obtinet. num. 11.

P R A E S V M P T. LXXIV.

Ubitari aliquando solet, quando sententia prolata præfente domino, qui per procuratorem litigavit, præsumatur is citatus ad ipsam sententiam. Hac in re distinguendi sunt multi casus.

Primus est, quando constat ipsum dominum fuisse citatum ad audiendum sententiam, & tempore ferendæ sententiæ reperitur præfens. Hoc casu præsumitur ea de causa præfens ut sententiam audiat. Ita Bart. in l. furioso, nu. 6. ff. de re iud. & ibidem Alex. nu. 9. qui in eo simili probat, quod subsecuta responsio præsumitur facta secundum præcedentem interrogacionem. S. præterea de inutili stipula. Et præterea secundum eos cõfert text. l. hæredes palam. S. in testamētis. ff. de testam. vbi testis rogatus, ut sit præfens testamento, si deinde reperitur præfens, præsumitur quod ea de causa præfens sit. Et accedit, quod factus præsumitur factus in executione præcedentis mandati, & causæ. l. quædam. ff. de rei vend. &

respondit Crau. in cons. 231. nu. 11. vers. secundò pro. & in cons. 284. nu. 6. Ita ergo præfentia huius domini præsumi debet ex causa, ob quam fuit citatus, atque ita ad audiendum sententiam.

Secundus est casus, quando dominus non fuit citatus ad audiendum sententiam, sed tamen cum præfens esset, fuit à iudice certioratus, quod volebat pronunciare, & quod ibi permaneret ad hunc effectum audiendi sententiam. Hoc casu præsumitur quod ea de causa fuerit ibi præfens. Ita Bart. in d. l. furioso. num. 6. vers. si verò non fuit, & ibidem Alexand. num. 9. vers. aut non fuit. ff. de re iudic. Qui moti sunt eo simili. d. l. hæredes palam. S. in testamētis. ff. de testam. vbi testes præfentes testamento certiorati ut adessent illi actui, præsumitur, quod ea de causa ibi manserint. Qua de re dicemus infra suo loco.

Tertius est casus, quando non constat dominum fuisse citatum, vel certioratum, sed tamen fuit præfens, & sententia fuit contra eum prolata. Hoc casu præsumitur, quod eam ob causam fuerit præfens. Ita Bart. in d. l. furioso. in fi. vers. si verò dotali. & Alex. nu. 9. vers. si autem. Ea est ratio, quia præfens & tacens, præsumitur consentire in his, quæ sibi sunt vitia. l. qui patitur. ff. manda. & dicemus infra suo loco.

Quartus est casus, quando non constat dominum fuisse citatum, vel certioratum, sed tamen fuit præfens, & sententia fuit contra eum lata. Hoc casu non præsumitur, quod fuerit citatus ad audiendum ipsam sententiam. Ita Bart. in d. l. furioso. in fine. & ibid. Alex. num. 9. vers. si contra. & idem sentit Dec. in consil. 42. num. 14. dum refert declarationem, de qua statim. Huius traditionis ea est ratio, quia præfens, & tacens, nõ præsumitur ad sui detrimentum consentire. In iuribus. S. filiusfam. ff. de procurat.

Declaratur primò hic casus, ut non procedat quòdo notarius in sententia attestat ipsum dominum fuisse presentem. Hoc sanè casu præsumitur, quod fuerit citatus. Ita Bald. in l. 1. C. de senten. ex breui. recitat. Dec. in d. consil. 42. num. 14. Verum Alex. in l. furioso. num. 10. intelligit esse verum, quando præfente ipso domino notarius id scripsit.

Declaratur secundò non habere locum quando dominus si que ille, qui citari debuit venit ex remota regione. Nam tunc præsumitur citatus. Ita declarat Dec. in d. consil. 42. num. 14. vers. & hoc omninò, adductus auctoritate Antonij Butrij in c. 1. de iudic. & diximus supra in præsumpt. 8. & in fine.

Declaratur tertio, ut locum non habeat, quòdo sententia esset antiqua. Nam tunc præsumitur, quod dominus fuerit citatus ad audiendum ipsam sententiam. Ita declarat Dec. in d. consil. 42. nu. 14. vers. & de hoc.

Decretum in alienationibus bonorum ecclesie, & minorum in emancipatione, adoptione, ac similibus iurisdictionis voluntarie, ritè ac rectè interpositum, an & quando præsumatur?

S V M M A R I V M.

- 1 Decreta aliqua magni alia leuis momenti sunt.
2 Decretum super alienatione bonorum minoris vel ecclesie, magni est momenti.
3 Aliud est in emancipatione, manumissione, &c. nu. 3.
4 Sententia aut decretum, utrum pro se habeat maiore præsumptionem, & num. 8.
5 Decretum pro se præsumptionem habet, & si nulla facta sit mentio, quod causæ cognitio fuerit adhibita, quod non est in sententia.
6 Decretum interponens iudex, potest se extra iudicium informare. Iudicis

Iudicis personam considerantes, magis pro eo in foro contentioso, quam voluntario præsumimus.

Iudicem diligentiam in decretis interponendis leuior est, quam in sententiis ferendis.

Personam iudicis in decretis suspectam magis, quam in sententiis, legumlatores habere. Id an verum sit, vide. nu. 18.

Solemnitates actus, qui diligentem causæ cognitionem requirit si in decreto fuerint enunciata, præsumptio est pro ipso decreto. Et quid ea præsumptio operetur. nu. 14.

Iudicem falsis allegationibus circumuentum esse minor asserens, id probare debet.

Decretum obreptum esse affirmans probare debet.

Lex de magistratu multum confidit.

Iudici asserenti solemnitates in decreto requisitas interuenisse, donec contrarium probetur, creditur.

Sententia lata à qua non appellarunt partes, si acta enunciata fuerint, pro illo præsumitur.

Fraus in his que voluntaria sunt iurisdictionis facilius committitur.

Solemnitates extrinsecas interuenisse, non præsumitur.

Solemnitates actus qui diligentem causæ cognitionem requirit, si in genere fuerint enunciata, pro ipso decreto præsumptio non est.

Idem est si enunciata non sint, & lapsum sit longum tempus. num. 23.

Aliud, si lapsum sit longissimum tempus, velut ann. 30. nu. 24. Quod tamen quando nec id ipsum procedit. nu. 25. & nu. 26.

Præsumptio credit veritati, & contrariis probationibus eliditur.

Decretum leuem requirens causæ cognitionem, si solemnitates enunciatae sint, habet pro se præsumptionem.

Id quod extenditur, duobus modis. nu. 30. & 31.

Solemnitatibus in actu non enunciatis, pro decreto non præsumitur.

Præsumptio magis vrgens, excludit eam, qua pro decreto est præsumptionem.

Et quæ sit huius ratio. num. 33.

Decretum iudicis non impedire remedium l. 2. C. de re iud. vbi de iustione probata.

Decreto præcipiente interposito, non præsumitur solemnitates adhibitas.

Sententia præcipiente lata, nec quo ad solemnitates, nec quo ad iustitiam pro se præsumptionem habet.

Decreto interposito à iudice nõ plene, & perfectè de negotio edo, oritur coniectura, solemnitates in eo adhibitas non esse.

Decretum subreptum, vel obreptum à iudice falsa nimirum causa expressa, aut suppressa vera, non præsumitur habuisse solemnitates requisitas.

Iudex impedius tunc cum solemnitates decreti requisitæ, adhiberi debuerunt, non præsumitur eas obseruasse.

Error manifestus, aut vitium visibile, præsumptionem facit, solemnitates in decreto requisitas non fuisse adhibitas.

Decretum interpositum longe post, vel ante ipsum actum, non præsumitur solemnitates requisitas habuisse.

Decretum à iudice idiota, & ignaro interpositum non præsumitur habere solemnitates requisitas.

Solemnitas iuris civilis, non vnicuique, sed solum peritis cognitæ præsumitur.

Iura scire, quomodo quilibet præsumitur.

Iudices idiotæ cur sperant peritorum consilium.

Decreto à iudice quidè interposito, solo autem notario asserente solemnitates adhibitas esse, siue de grauioribus, siue leuius causis agatur, pro decreto non præsumitur.

Tutori, aut curatori dicenti ob eas alienum, pupilli bona, vel minoris vendita, non creditur.

Decretum magni ponderis interpositum, si solemnitates obseruatas appareat, iustitia, & rectitudinis habet præsumptionem.

Idque etiam si leues sint solemnitates, aut tenuis causæ cognitio. num. 49.

Et quamuis alias iudex sit improbus, aut indiscretus. num. 50.

Causæ cognitionem ubi non adhibita apparet, pro rectitudine & iustitia decreti non præsumitur.

Et quæ sint eius coniecturæ. num. 52.

Decretum in alienationibus bonorum Ecclesie, vel minoris, ad eorum utilitatem factum præsumitur.

Decreto interposito contractus censetur factus palam, & bona fide, omnique fraudis, & doli cessat præsumptio. num. 55.

Decreto datus tanquam minori tutor, vel curator, talis præsumitur.

Furiosus præsumitur cui tanquam furioso prætor curatorem decreuit.

P R A E S V M P T. LXXV.

De præsumptionibus, quæ versantur circa acta contentiosa iurisdictionis, nec non & iudicis sententiam, plura hæcenus exposuimus: Nunc locus iste postulat, ut aliqua differamus de præsumptione, quæ versatur circa ea, quæ sunt iurisdictionis voluntaria, hoc est, circa decreta, quæ solè interponi in alienationibus bonorum ecclesie, minorum, in adoptionibus, emancipationibus, alijsq; his similibus. Quia in re sciendum prius est, aliqua esse decreta, quæ magni sunt momenti: aliqua verò leuis: cum in aliquibus magnum, in aliquibus leue detrimentum positum sit. Decretum quod interponitur super alienatione bonorum minoris, vel ecclesie, magni est momenti, sicut scripsit Alc. in tract. de præf. reg. 3. præsumpt. 10. nu. 4. Decretum verò quod interponitur super emancipatione, manumissione, & similibus leuis est momenti. Ita sentit idem Alc. in d. præsumpt. 10. nu. 4. vers. aut loquimur; Cum dixit adhiberi leuem diligentiam. Et huc facit, quod docuit Bal. in l. si præfens. num. 4. C. quomodo, & quando iudex. dum scripsit, quod ubi nõ requiritur magna causæ cognitio, præsumitur pro decreto, ex l. actor. ff. rem ratam hab. sentit Bald. aliqua esse decreta, quæ leuem causæ cognitionem admittunt. Est etiam sciendum, contentionem esse non mediocrem inter Doctores nostros, an magis præsumatur pro sententia, quam pro decreto iudicis, & magistratus. Multi in ea fuerunt opinione, magis præsumi pro decreto. Ita omnium primus sentit Bald. in l. non enim aliter. num. 3. vers. & nota tamen. ff. de adopt. cum scripsit, quod ubi decretum reperitur interpositum, quod est necessarium ad confirmationem actus, semper præsumitur, quod ordo iuris, & causæ cognitio præcesserit in decretis fori non contentiosis. Idem sentit Bal. in l. ex his. col. 2. vers. item oppos. C. de testam. mil. & apertius docuit ipsemet Bal. in l. cum hi. S. si prætor. l. 1. in fine. ff. de transact. dum explicando traditionem Innoc. in c. innotuit. de eo, qui furt. ord. suscep. dixit, quod in iudicijs, in quibus proceditur per disceptationem, non præsumitur solemnitas iudicij: secus in extrajudicialibus, in quibus de partium consensu agitur. Et Innoc. sic etiam visus est intelligere Aret. in l. sciendum. col. 5. vers. tertio limitatur. de verb. oblig. Idem sentit ipse Bal. in c. in sententia. col. 2. vers. in decretis autem. de renunc. Et Bald. secuti sunt Imola in consil. 98. nu. 7. Corneus in consil. 71. col. 1. vers. & quando superior. lib. 3. Soc. Sen. in consil. 115. num. 5. lib. 1. Alex. in consil. 125. num. 5. lib. 1. & in consil. 80. num. 5. lib. 5. cum scripsit, præsumi pro decreto, etiam si nulla facta sit mentio, quod causæ cognitio fuerit adhibita, cum tamen in iudicis sententia requiratur hæc expressio. & Alex. secutus est Ludou. Bologn. in consil. 59. col. 1. Idem sentit Bart. in l. ambitiosa. num. 28. ff. de decretis ab ordine facien. Cum dixit magis credi asserentionibus Decurionum in extrajudicialibus, quam in iudicialibus. Et Bar. in specie secutus est Ruin. in consil. 3. nu. 1. & in consil. 95. nu. 10. lib. 5. & idem sentit Oldrad. in consil. 101. Quia in casu libet. nu. 5. Huius sententiæ duplex ratio adfertur.



6 Prima, quia decretum interponitur inter volentes, & consentientes scilicet in sententia, quæ inter contendentes & dissentientes profertur. Quæ sanè non multum vrget, sicut etiam animaduertit Crauetta, quem mox commemorabo. Si quidem nil refert, quod in causæ disceptatione contenderit, cum tamen in prolatione sententia non dissenserint, dum ab ea non appellarunt. Ille igitur partium consensus, qui in decreto à prædictis Doctoribus consideratur, ita pariter considerari potest in sententia. Adfertur secunda ratio, quia in interpositione decreti, potuit iudex se informare extra iudicium; Id quod non contingit in ipsa sententia, quæ acta omnia iudicialia requirit. Hæc ratio non etiam satis firma est, quia et si iudex in proferenda sententia, debuit ex actis informari; attamen eum acta ipsa extant, & non nisi auditis partibus ad sententiam deuenit, credendum est, optimè cognouisse, quid à se agendum erat.

8 Altera itaque fuit opinio eorum, qui existimant, magis præsumi pro iudicis sententia, quam pro decreto. Quam quidem opinionem aperte firmavit Crau. in tract. de antiq. tempor. in secunda parte princ. num. 17. qui huius sententiæ commemorat Angelum in l. quecunque. §. vlt. ff. de publ. in rem actio. & ibidem Bald. in si. sibi parum constans idem sentit. & Alex. in cons. 105. col. 1. vers. & procedit. lib. 5. qui tamen Alex. hoc, si rectè perpendatur, non scripsit, sensit enim tam pro vno, quam pro altero præsumi. Id quod sensit & Butrius in c. quoniam contra nam. 58. vers. in quantum dixit, de probat. Angeli tamen, & Crauetta sententiam visus est probare, & Alc. in d. præsumpt. 10. num. 2. vers. secundò videtur, illa ratione, quia visus est ad confutandam opinionem eorum, qui scripserunt pro iudicis decreto, quo ad acta, seu solemnità præsumi. Idem verò sensit Socin. Sen. in consil. 158. num. 17. lib. 1. Et horum opinio mihi magis placet. Nam (vt rectè animaduertit Crauetta) si ipsam iudicis personam respicimus, & consideramus, magis præsumi pro eo debet in foro contentioso, quam in foro voluntario: atque ita magis pro sententia, quæ contentiosa est iurisdictionis, quam decreti, quod est voluntariæ. Cum in contentiosa timeat, & timere iure debeat, de à se gestorum reuocatione, quod non ita contingit in iurisdictione voluntaria, atque ita in decreto, cū partes omnes consenserint. Et propterea leuior est diligentia quam adhibent iudices in interponendis decretis, quam in ferendis sententijs. Cum in interpositione decreti, nil plus quarant iudices, quam placere partibus, & earum concordiam sequi. si conueniet. ff. de re iudic. quod non contingit in sententia. Et propterea maturius in iudicialibus solet procedi, quam quidem ratione sensit, & Soc. Sen. in d. cons. 158. nu. 17. lib. 2.

10 Huic rationi accedit, & illa, quam considerauit Alc. in d. præsumpt. 10. nu. 2. vers. secundò videtur, cum scripsit, leges in his decretis magis habere suspensam personam iudicis, quam in sententijs. Non enim permiserunt legumlatores ipsi, vt liceret his iudicibus alteri madare, & delegare hanc facultatem interponendi decretum. l. nec quidquam. §. vbi decretum. ff. de off. proconf. & leg. & l. 2. C. de assesso. Cum tamen regulariter in sententijs concessum illis sit vires suas alteri committere. l. placet. C. de peda. iudi. & scribit omnes in l. 1. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. Si verò personas partium respicimus, & consideramus, eadem videtur ratio (inquit Crauetta præcitato in loco) præsumendi, præsupposita ipsarum partium presentia, & taciturnitate, ex quibus inducitur sententiæ approbatio.

His paucis expositis, atq; declaratis, differamus nunc de præsumptione, quæ versatur circa ipsum decretum. Quæ in disputatione duo capita constituenda sunt, quorum vnum est, quando agitur de præsumptione, quæ versatur circa solemnitates, quæ requiruntur antequam de-

cretum ipsum à magistratu interponatur, iuxta ea, quæ scripti in commentarijs de arbitrarijs iudicium. lib. 2. casu 171. Secundum caput huius disputationis est, quando agitur de præsumptione, quæ versatur circa rectitudinē atque iustitiam ipsius decreti, an scilicet iuste fuerit interpositum, vel non.

Primum itaq; est huius disceptationis caput, in quo (vt diximus) agitur de præsumptione solemnitatū, quæ adhibentur in actibus, priusquam decretum interponatur, an scilicet præsumantur interuenisse. Quo sanè in capite aliquot casus ita sunt distinguendi.

12 Primus est casus, quā agitur de solemnitatibus illius actus, qui requirit magnam, & diligentem causæ cognitionem, sicuti in alienationibus bonorum ecclesiæ, vel minoris. Et in ipso decreto solemnitates sunt enūciatæ. Hoc iu casu recepta magis interpretū sententia est, præsumi pro ipso decreto, quæ scilicet interuenierint, obseruatæque fuerint hæ solemnitates. Ita scripsit Spec. in tit. de emptione, & vend. §. nunc videndum. nu. 5. vers. & breuiter, qui de decreto interposito in alienationib. bonorum minoris, quod (vt diximus) magnā causæ cognitionem requirit, dixit pro eo decreto præsumi, quo ad ipsas solemnitates, nempe quod ob eas alienum facta fuerit alienatio, quod tutoris, vel curatoris accesserit auctoritas & licentia, quod adhibita fuerit subhastatio, & reliqua necessaria. Et Speculatorem secuti sunt Bald. in l. cū ij. §. si prætor. ff. de transactio. & l. quecunque. §. vlt. ff. de publ. in rem actio. idem in l. 1. in 3. notab. ff. de rebus eorum. in l. vlt. C. de prædijs minor. & in l. quecunque. col. 2. vers. item præsumitur. C. de bonis, quæ liberis. & idem Bald. in cons. 475. Quidam I. Abbas. col. 2. vers. & nota. lib. 1. & in cons. 66. Factum tale est. col. 1. vers. quo ad vltimum. & col. 1. vers. secundo queritur. lib. 3. Signorol. in cons. 351. nu. 4. Freder. de Sen. in cons. 249. in si. Idem verò sensit Aret. in l. sciendum. nu. 12. vers. tertio limitatur. de verb. oblig. & in consil. 66. num. 2. vers. nec est vera. qui intelligens Speculatorem loqui quā in decreto solemnitates non sunt enūciatæ, inquit illum malè loqui. Sensit itaque quod vbi sunt enūciatæ, quod pro decreto præsumatur. Eandem opinionem apertius probant Imola in l. si quis cum aliter, in fin. ff. de verb. oblig. & in cons. 98. col. 1. vers. sed certè. Alex. in l. sciendum. nu. 12. de verb. oblig. in consil. 50. num. 8. & in cons. 80. nu. 8. & in cons. 92. num. 14. lib. 5. Corn. in cons. 98. col. 2. vers. nec prædictis. & in cons. 349. nu. 7. vers. tñ non videtur. lib. 1. & in cons. 109. nu. 5. lib. 3. Guido Papæ in cons. 23. num. 6. Cepol. in cautel. 259. Tutores. Marian. Soc. Sen. cons. 15. nu. 3. lib. 1. & Soc. Sen. id est, Bartholomæus in cons. 158. num. 17. lib. 2. Iason l. sciendum. nu. 2. vers. septimo limita. de verb. oblig. in l. pacta nouissima. nu. 6. C. de pactis. in rubr. C. qui admittit. num. 7. & in cap. 1. nu. 1. vers. confirmo per optimum. qui feudum dare possunt & idem in cons. 119. col. 1. vers. confirmo. lib. 1. Curtius Sen. in consil. 43. col. 4. Ludou. Bologninus in cons. 59. col. 2. Decius in l. de alimentis. nu. 9. C. de transact. & in c. qm contra. num. 42. de probat. idem in consil. 209. num. 2. & in cons. 222. nu. 9. Brunus in tractat. de forma. pag. 84. col. 4. vers. in decreto autem. Fabianus de monte sancti Sabini. q. 5. principali. de solemnitate alienat. bonorum minoris. nu. 101. Marfil in sing. 348. Lex multū. Pantaleon Cremen. in l. 2. nu. 105. C. de reuend. vendit. Purpur. in l. pacta nouissima. nu. 65. C. de pactis. Parisius in cons. 33. nu. 2. & cons. 95. nu. 29. lib. 1. & eundem in consil. 12. nu. 57. lib. 2. Stephanus Berberius inter consilia vltimarum voluntatum in consil. 105. num. 24. tom. 1. Trigonius in sing. 122. Damhoude. in praxi ciuili. in tit. de subhast. compet. exeg. c. 2. n. 25. Crau. in tract. de antiq. temp. in 2. parte principal. nu. 19. & nu. 20. idem in responso pro Genero. nu. 10. Antonius Gabr. lib. 2. conclusio. in tit. de sententijs. conclus. 1. num. 1. Natta in cons.

in cons. 169. nu. 19. lib. 1. Rolandus in cons. 90. nu. 10. & nu. 42. & in cons. 99. nu. 21. lib. 1. & in cons. 2. n. 62. lib. 3. Rimigald. in cons. 6. num. 78. & in consil. 42. nu. 56. lib. 1. Theobias Nonius in cons. 57. num. 8. & in cons. 88. num. 17. Hieronym. Gabr. in cons. 23. num. 6. & in cons. 33. num. 24. & Octau. Simonc. in tract. de decretis. lib. 3. tit. 7. nu. 4. qui omnes penè iam relatos commemorat. Et horum quidem magis recepta opinio, iure, & ratione fulcitur. Iure inquam ex text. l. et si præses. C. de prædijs minor. cum ait, minorē asserentem iudicē fuisse falsis allegationibus circūuentum, probare id debere. Est ergo præsumptio pro ipso actu gesto, atque ita pro ipso decreto, quæ sanè præsumptio operatur, vt transferatur probandi onus in aduersarium. l. generaliter. §. si petitū. ff. de fideicom. lib. 1. & diximus suo loco. Idē probat text. in l. 1. in si. principij. ff. de rebus eorū. Cum ait, cum qui asserit decretum fuisse obreptum à prætore, probare id debere. Ea est rō, quia pro ipso decreto stet præsumptio. Ratione autem munitur hæc ipsa sententia, quia magistratus est munus, ne fusi interponat decretū, nisi fuerint obseruatæ adhibitiq; solemnitates, & causa ipsa cognita, vt diximus supra. Est ergo præsumendum, quod id obseruauerit magistratus, cū lex f. de eo multū cōfidat. l. 2. C. de officio ciuili. iud. cū similibus superiore præsumptione allegatis. Et credendum non est, quod magistratus iste voluerit legē fallere, & cōtrahētes eludere, atq; decipere.

Ex his constat minus rectè sensisse eos, qui opinati sunt, pro decreto non præsumi quoad solemnitates enūciatas. Cuius quidem opinionis multi cōmemorantur ab Alcianto, & alijs recentioribus, quos statim referā. Et inter multos allegatur Bar. in l. actor. nu. 12. ff. rem ratam hab. qui tamen non loquitur de decreto magistratus, sed de solo actu vniuersitatis, cui a lege nulla fides, auctoritasq; tribuitur, sicuti Bart. sic declarat Aretin. in cons. 69. nu. 2. in si. Hanc tamen opinionem probauit Bald. sibi parum constans, in cons. 376. Quæstio. col. 1. vers. in contrarium. lib. 1. & in cons. 184. Ad intelligentiam lib. 2. Ita, & Angelus in l. quecunque. §. vlt. col. 1. vers. est verum qd glof. ff. de publ. in rem actio. & in l. 1. C. de fide instrum. & iure hact. fiscal. lib. 10. & ibid. lo. de Platea. nu. 2. Castr. in cons. 38. super eo. col. 1. vers. in contrarium facit. lib. 2. quem tñ infra declarabimus. Et clarius hanc opinionem probant Roman. in l. sciendum. nu. 66. de verb. oblig. Ial. in l. nec quidquam. §. vbi decretum. nu. 70. ff. de officio proconf. & legati. Decius in cons. 556. col. 1. Marfil. in sing. 399. Multi sunt. & in l. qui eadem. num. 19. vers. sed ego ultra. ff. ad l. Corn. de Sicarijs, qui tamen visus est sentire, quod præsumptio sit pro ipso decreto, quādo in decreto ipsarum solemnitatū facta est expressa mentio, & præterea loquitur Marfilus, quā notarius ipse solus asserit solemnitates tunc fuisse obseruatas, sicuti etiam loquitur Castr. ab eo allegatus, & infra referam. Paris. in cons. 98. nu. 17. lib. 1. Alciant. in tract. de præsumptionib. reg. 3. præsumpt. 10. nu. 2. & 3. Zuchard. in rubr. C. qui admittit. nu. 39. Rebuff. in cōmentarijs super concordata. rub. de cōcl. Lateranensis Concilij. vers. 3. inferitur. hæc opinio (vt diximus) vera non est, nec retinēda. Nam iura, & rationes, quæ pro ea adferuntur, nil vrgerit.

Primo enim citari solet text. l. minorum. vbi venditio bonorum minoris fieri nō potest, nisi interueniente decreto, & apud acta causis probatis. Requirit ergo legislator ille probationē, atq; soli præsumptioni nō acquiescit, Et loquitur text. ille per ablatiuum absolutum. Non ergo sufficit præsumptio, iuxta ea, quæ scripsimus supra lib. 1. quest. 1. Verū nil penitus vrget hoc respōsum, quādo quidem loquitur de probatione illa, quam facere debet minor, vel illius curator cum impetrare voluit licentiam à iudice, & magistratu, vt alienare possint. Nam ijs fidem non adhibet lex. Nos verò loquimur, quando iudex f. ipso suo decreto attestatur, requisitas à lege solē-

nitates à se obseruatas fuisse, cui sanè assertioni fides adhibetur, donec contrarium demonstretur.

Secundò adducitur tex. in l. 1. C. de prædijs decur. lib. 10. vbi licet interueniat decretum, attamen constitutio illa requirit, q; sub fide actorum de necessitate distrahētis appareat.

Cæterum respondetur, vt iam diximus, nempe, & d. l. 1. loqui de ea probatione, quæ fieri debet iudici, à quo requiritur alienandi facultas, & licentia. Nō enim is iudex requirenti fidem adhibere debet, nisi iud. probet, diuersum in casu nostro, vt iam explanauimus.

Tertiò adfertur ratio hæc ab Alcianto loco supra allegato, in his decretis (dicebat Alciantus) lex magis habet suspensā personā iudicis, quam in sententijs, id quod probatur, quia hæc decreti interpositio delegari nō potest. l. nec quidquam. §. vbi decretum. ff. de off. proconf. & legati. & l. 2. C. de assesso. Quod regulare non est in sententijs. l. placet. C. de peda. iudi. Si ergo nō præsumitur pro sententijs quo ad acta, vt dictum fuit superiore præsumptione: Ergo minus debet præsumi pro decreto. Verum altero de duobus modis responderi potest.

18 Et primò, legem f. non habere suspensā personam iudicis, cui facultatem dedit interponendi decretum, sed potius multum tribuit eius fidei, cuius industriā elegerit, & propterea existimauit nil ab eo aduersus cōstitutiones factum iri. Et hac de causa est, vt non permiserit vires suas alteri mandare.

Respondetur & secundò, verum non esse, quod dicebat Alciantus, non præsumi pro sententia quoad acta. nā qñ in f. snia lata, à qua partes nō appellarunt, enūciata fuerunt acta, præsumitur pro ipsa snia, ita ex omnium penè traditionibus scriptis, superiore præsumptione in secundo casu. qui sanè casus huic nostro adaptatur, cū & nos loquamur de solemnitatibus, id est, actis enunciatis in decreto à iudice partibus consentientibus interposito, super alienationibus, vt supra declarauimus.

Quartò motus est Alciantus ea ratione, quod cū interpositio decreti, sit voluntariæ iurisdictionis, facilius potest fraus interuenire, & committi, quā in sententijs, in quib. statim pars læsa contradicit. Hęc argumentatio facile diluitur, quia et si facilius in his, quæ sunt f. voluntariæ iurisdictionis committi potest fraus, non tñ postquam decretum ipsum interposuit prætor iudex, præsumendum est, quod fraus aliqua præsumpta. & qui cōmissam asserit probare eam debet, vt est notissimum.

Quintò & vltimo solet adferri argumentum, q; hæc solemnitates sunt extrinsecæ, ex quo actui sui natura non insunt, vt declarant oēs in l. sciendum. de verb. oblig. Est aut certum, f. solemnitates extrinsecas non præsumi interuenisse in actu. l. quecunque. §. vlt. ff. de public. in rem actio. non ergo præsumitur, quod hæc solemnitates interuenierint. Verum facile respondetur, quod solemnitates extrinsecæ non præsumitur, quando nullum extat signum, nullaque præsumptio, quod adhibita fuerit, hic autem extat signū, & præsumptio ex assertione magistratus, qui asseruit, se decretū illud interposuisse, obseruatis prius solemnitatibus.

22 Secundus est casus, quando f. agitur de solemnitatibus illius actus, qui requirit magnam, & diligentem causæ cognitionem, & in ipso decreto enūciatæ sunt hæc solemnitates in genere, non autem in specie. hoc in casu non præsumitur pro ipso decreto, quod hæc solemnitates interuenierint, cum non sufficiat generalis enūciatio, sed requiritur specialis, vt tradit Bald. in c. in presentia. col. vlt. vers. & istud, de renunc. & in cons. 184. ad intelligentiam. col. 1. lib. 2. Castr. in cons. 38. super eod. col. 1. & in cons. 74. contra superius consultata, col. 2. vers. præterea dicebat. Bald. in lib. 2. Io. Fabr. in §. vlt. in fin. de fidei. Soc. Sen. in cons. 29. col. 5. vers. secundum argumentū lib. 1. Felin. in c. quoniam contra. col. 21. vers. limita, seu Tomus Primus. P 4 declara.